



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Theobaldus Eremita. Observantia erga pauperes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. THEOBALDUS EREMITA.

Observantia erga pauperes.

Deus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti, da ut exemplum B. THEOBALDI sectantes, ad istud tam justæ pietatis officium, tuo amore potius, quam carnali affectu moveamur.

Ora pro immorigeris filiis corrigendis,
✠

nonensis in Gallia diocesis
 ... itio, nobiliter natus THEOBALDVS,
 ... ut pubertatem attigit, solitariae vitae
 ... capicœpit; sociumq; similis pro-
 ... nolti nactus, post aditam Compostellam,
 ... in Italiam flexit; & Salonicae, diocesis
 Vicentinae vico, locum idoneum reperit.
 Ibi cibi somniq; parcissimus, vitam asperri-
 mam egit, caelitibus quam hominibus fami-
 liarius utens. Inventus tamen etiam istic ab
 ... biq; requirentibus parentibus est: nec po-
 ... uit persuaderi mater, quin apud filium re-
 maneret. Et hic quidem eidem indefesse
 ministravit, quamvis extremo vitae biennio
 toto corpore exulceratus ipse: moriturus
 autem anno 1066 eandem, & filios suos
 spirituales, commendavit Abbati amico, a
 quo etiam illo anno habitum Monachicum
 acceperat. Mortui corpus non permiserunt
 Vicentini alibi quam apud se, in aede S.
 Mariae, sepeliri: ubi cum multis clareret mi-
 raculis, cito in Catalogum Sanctorum rela-
 tus est ab Alexandro II, ejus temporis Pon-
 tifice. Communicatae variis ecclesiis Reli-
 quiae similia cultoribus suis attulerunt be-
 neficia. *Honorẽ habebis matri tuae, omnibus
 diebus vite ejus: memor enim esse debes, qua
 & quanta pericula passa sit propter te. Tob. 4*